



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

31. Quomodo tempore sacrificij Missæ, locus altari vicinus Angelorum choris plenus sit, atque huiusmodi angelorum multitudinem à quodam conspectam esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

caelo, habens cultrum in manu, & sacrificium
puerulum illum, sanguinem verò eius
picbat calice. Cùm autem frangeret presbiter
in parua frusta panem, etiam angelus in-
bat membra illius pueri in modicas par-
tibus. Cùm verò accessisset senex ut acciperet
etiam communionem, data est ipsi solus
sanguine cruentata. Quod cùm vidisset, pre-
muit, & clamavit, dicens: Credo Domine
quia panis, qui in altari ponitur, corpus tuum
est: & calix sanguis tuus est. Et statim factus
est illa caro in manu eius panis secundum
mysterium, & ore sumpsit illum agentes gratiam
Deo. Dixerunt autem ei senes illi, Domine
noui humanam naturam, quod non potest
vesci carnibus humanis, & propterea trans-
formavit corpus suum in panem, & sangui-
nem in vinum.

*D. Ioannes Chrysostomus lib. 6 de Sacerdotio. De
modo tempore sacrificij Missæ locus altaris
nisi Angelorum choris plenus sit, atque huius
modi angelorum multitudine à quodam corpore
factam esse.*

CAP. XXXI.

CUM autem (Sacerdos) Spiritum sanctum
inuocauerit, sacrificiumque horrore ac
uerentia plenissimum perfecerit, communi-
candum Domino manibus assidue petra-
to, quæro ex te, quoto illum in ordine col-
locabimus? quantam autem ab eo integritatem
exigimus?

exigemus? quantam religionem? considera enim quales manus illa administrantes esse oporteat: qualem linguam, quæ verba illa effundat: qua denique re non puriorem sanctioremque esse conueniat animam, quæ tantum illum, tanquam dignum spiritum receperit. Per id tempus & angeli sacerdoti assident, & cælestium potestatem vniuersus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem, qui immolatur, angelorum choris plenus est. Id quod credere abundè licet, vel ex tanto sacrificio, quod tum peragitur. Ego verò & commemorantem olim quendam audiui, cum diceret senem quendam, virum admirabilem, ac cui reuelationum mysteria multa fuissent diuinitus detecta, sibi narraffe, se tali olim visione dignum habitum à Deo esse, ac per illud quidem tempus derepentè angelorum multitudinem conspexisse (quatenus ad spectus humanus ferre poterat) fulgentibus vestibus indutorum altare ipsum circumdantium: denique sic capite inclinatorum, vt si qui milites præfente rege stantes videat.

D. Ioannes Chrysost. lib. 6. de Sacerdotio, qui ex hac vita emigraturi pura conscientia Eucharistiã participant, ab angelis deducuntur, propter reuerentiã tam sacramenti.

CAP. XXXII.

Alius quidam mihi narrauit, non ille quidem ab alio edoctus, sed dignus habitus qui